Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30488
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

et peccatis nostris Et quia pro tantis sceleribus condignam penitentiam agere non possumus nec satisfacere Pone omnia merita penas quoque et angustias quas in hac vita in notere: passus fuit vulneratus et discretus filius tuus dominus ne iesus xps merito quoque benedicte matris eius virginis marie et omnium sanctorum pro peccatis meis tribuens nobis veram contritionem et puram pudorem nostrorum confessione emendationem vite fatultatem et gratiam promerendi vitam et gloriam sempiternam Amen

Que impedunt confessionem

Quatuor impedunt ne crimen confiteatur Spes timor atque pudor sed desperatio maior

Conditiones aggravantes peccata

Aggravant ergo sonis peccata frequenta tempus Ctas condicio numerus mora copia causa

Qualis debet esse confessio

Cum tua peccata dicis confessio quod sit Integra contrito sit festina frequens et amara propria discreta laboriosa morosa fidelis Vera sit et numquam dimissa tibi manifestans Cuique zelus mihi abscondes humilisque fatere Quis quid ubi per quas quotiens cur quomodo quando cui rem sacram committere quod voluisti In hiis duobus versibus sunt Quis quid ubi per quos cur tangunt circumstantie peccatorum que in ipsa confessione explicari debent

Ad peccatorum obstitorum agnitionem poteris devenire per decem puncta subscripta

Per statum etatem Bona fortune Honestate Officium Locum Tempus Cogitationem Lom